

בש־ יהה

ANALYSIS LOGICA

De

P A N E

ΕΠΙΟΤΣΙΩ

Matth. VI. v. II.

Quam

*Indulgente Ampliss. Senat. Philos. in' inclita  
to ad Auram Albeneo,*

Sub PATROCINIO

M. JOH. HAARTMAN,

Philos. Theor. iam def. Th. Prot.

Reg & Ord.

*Publicæ bonorum Censuræ, qua par est mo-  
destia, submittit,*

S:æ R:æ: M.tis ALUMNUS

ANDREAS LIZELIUS

*Sat acundia Fenn.*

Die D. V. 28. Martii MDCCXXXV.

L. H. Solitis.

---

ABOÆ, Exc. Joh. Kiänpe R. Ac. Typ.

Viro Nobilissimo Amplissimoque

Dn. Mag. GREG. STEENMAN,  
Academiae Aboensis Quaestori Fidelis-  
simo, ut cùm Præceptoris integerri-  
mo, ita Patrono Optimo.

Viro Admodum Reverendo atq. Amplissimo

Dn. JOHANNI HORNBORG,  
Ecclæ Christi in Tersvæ  
Pastori longe dignissimo, vicinique  
Districtus Præposito attentissimo, E-  
vergetæ, cujusvis observantiaæ cultu  
jugiter colendo.

Plurimum Reverendo

Dn. JOHANNI

Scholæ Cathedralis Aboensis Con-  
ceptori pridem diligentissimo, ita E-  
professori

Pura sunt Vestræ, Patrani & Ever-  
quam ut iis enumerandis, iudicium  
sit: sint bæ tenues pagella testes, animi  
obsecro atque precor, ne dedignemini leviter  
consulere; & mibi ut cœpisti, favere;

Viro Admodum Reverendo atq; Amplissimo  
Dn. NICOLAO IDMAN ,  
Ecclesiarum, qvæ in Szwittis DEO  
colliguntur , Pastor longe meritissi-  
mo , nec non adjacentis Districtus  
Præposito adcuratissimo, ut Nutri-  
tio liberalissimo , ita Patrono omni  
obsequii genere æternum devene-  
rando.

Viro Admodum Reverendo atq; Praclariss.  
Dn. Mag. ISRAELI PELDAN ,  
Scholæ Cathedralis Aboënsis Rectori  
vigilantissimo , ut Præceptorí ante  
hæc fidelissimo, ita Patrono & Fauto-  
ri omnis venerationis cultu ætatem  
suspiciendo.

Atque Clariſſimo Viro

CAKPELIO ,

Rectori observantissimo , ut Præ-  
vergetæ & Fautorí jugi reverentia  
quendo.

geræ optimi , in me merita atque beneficiis ,  
compensandis, p.r. esse possim. Ut id  
bland prorsus ingrati. Magnopere itaque  
dense hoc ingenii specimen , equi bonique  
Ego numquam desistam pro perennitate

Ve-

Vestre salutis, omnigenaeque felicitatis  
calidissimis DEum defatigare precibus.  
**Magnorum Nominum Vestrorum.**

Cultor devotissimus  
A. L.

*Viro spectabili ac juris Peritissimo*

**Dn HENRICO EEK,**

Senatori Aboënsi Æqvissimo, Ever-  
getæ & Fautori benignissimo.

*Spectatissimo atque Prudentissimo Viro,*

**Dn ESAIÆ WECHTER,**

Mercatori Aboënsi. inter primarios  
reponendo, ob singularem benevolen-  
tiam honoratissimo.

*Spectatissimo atque Prudentissimo Viro,*

**Dn. JUSTO NICOL. SCHULTZ,**

Mercatori Aboënsi percelebri, Fau-  
tori honoratissimo.

**I**n grati animi tesseram cum omni sa-  
lutis appreicatione, do, disco, dedico.

**Nominum Vestrorum.**

Cultor indefessus  
A. & R.

A. M. S.

## PROOEMIUM.

**O**Vanquam unam tantum  
esse rei cuiusque veri-  
tatem, consensu omni-  
um saltem ianiorum,  
firmum ratumque stat atque ha-  
betur; quo minus tamen ean-  
dem multi iuvenire queant ge-  
nuinam, non tantum ignoratio-  
nem veri veritatis investigandæ  
modi ac mediorum, impedimen-  
to esse maximo; sed etiam inad-  
æquatos falsosque rerum conce-  
ptus, aut inadvertentiam, nimi-  
amque in-judicando præcipitan-

A

tiam;

tiam; aut denique alia unde-  
cunque orta præjudiciorum pon-  
dera, eosdem haud parum in  
hoc negotio retardare, quotidi-  
ana experientia, luce clarius, ob-  
oculos ponit. Hinc, non modo  
circa plerasque res Philosophicas,  
magnæ læpe deprehenduntur  
controversiæ; Verum etiam cir-  
ca unum eundemque Scripturæ  
S. locum varia nonnunquam con-  
spiciuntur expositionum divortia.  
Inter alia plura ejusmodi loca  
vexatissima, cum & hæc, quam  
præsentis opellæ præ se fert ru-  
brum, orationis Dominicæ par-  
ticula reperiatur, placuit eandem,  
cum exercere ingeniolum meum  
conarer, sub exāmen, eligere, &  
ex diversis de ea sententiis, qvæ  
genuina, qvæ sinistræ sint, non-  
strare. Tu autem summe Deus  
coepis clementissime faveto: Tu-  
que C. L. sententia tristiore ad  
majora properantem ne morator.

**P**laniorem ut mihi aperiam  
disputandi viam, ipsum tex-  
tum heic consignare cum præ-  
cipuis illius versionibus. e re es-  
se duco; in fonte ipso sic audit:  
*τὸν ἀρτον τὴν τὸν ἐπάγματον διεῖ μηδ σκέψεων.*  
Latina versio iam ante Hierony-  
mi tempora hanc orationem i-  
ta reddidit: *panem nostrum quoti-  
dianum da nobis hodie.* Cui con-  
formem esse antiquarū versionēm  
Gothicam testatur Mareschallus  
in notis suis ad eandem. Hiero-  
nymus, Ambrosius, Ariæ monta-  
nus & ex recentioribus Excell.  
noster Seb. Schmidius *τὸν ἐπάγματον*  
*per super substantiam exposuere.*  
Ameloto in versione Gallica ver-  
tit per *notre pain*, qui surpassē *rou-  
se substance.* Quorum fundamen-  
tis etiam Syrus interpr̄cs niti vi-  
detur, cum per *panem necessitatis*  
*nostra illa verba vertenda cen-*

set. Lutherus cum vulgato consentit. Verba ejus in versione Germanica hæc sunt: *Unser tägliche Brodt gib uns heut.* Ipsius vestigis etiam Anglus, Danus Svecus & Fennicus insistunt: Ut cuivis ad oculum patet.

§. II.

**C**umque his in verbis mentio fiat panis sive *lædæla*, de ipso tantum observamus, quod in sacris accipiatur, *vel propriæ*, pro pane ex farina aqua permixta fornacis calore cocto, qui alimoniae quasi fulcrum est: quo respicere videntur, qui *æxno* ab *æxnō*, *perfectus*, derivatum volunt: *vel impropriæ*: partim *synecdoche* pro quovis cibi genere, imo pro omni quod ad vitæ humanæ sustentationem pertinet ac necessarium est: qvæ acceptio convenit cum deductione vocis hujus ab *ægæ*, *missis sum*, *vel ab ægæ*,

āer, apta, consinno, congruo. Partim *Metaphorie*; quo sensu venit ipse Christus, in Joh. 6. v. 35. seqq. Aliquando etiam *Metonymica* pro cibatione atque saturatione usurpatur. Matth 15. v. 9 19. Quo in significatu hoc loco veniat, in praesenti conamur exquirere atque ostendere.

### §. III.

**Q**VAM ad rem coñodius expediendam, cum vocis <sup>im̄ḡn̄</sup> recta intellectio plurimum adferat momenti, animo insidet etiam eandem in antecessum, quantum fieri potest, eruere. Cujus tam de recta originatione, quam genuina significatione, & inter Philologos & Criticos, jam inde ab ævo Christi, magna existimat contentio: quam ob rem <sup>im̄ḡn̄</sup> a quibusdam, Philologorum, Grammaticorum move Carnificina vocari solet. Originem ejus

ejus alii repetunt ab *in* & *sicut*,  
 ut *in* *substantia*; vi vocis idem sit ac su-  
 per *substantialis* leu super essen-  
 tiatalis, qui *substantia* nostræ  
 quasi accedat & ipsi alendæ ac  
*sustentandæ* utilis sufficiens ac ne-  
 cessarius sit. Hæc derivatio ni-  
 titur interpretatione & auctori-  
 tate Patrum quorundam, ut in-  
 ter alios videre est apud Chry-  
 stostomum, Hom. in orat. Dom.  
 ubi hæc leguntur verba: *αἰτίων  
 ἀδικηζεν* ( sc. Christus ) *ἀργον οὐρανον,  
 τελέστην, εἰπεν τῷ φύσιον Τὸ σωματός  
 διαβάνεται,* καὶ *συγχρεπτον ταῦτην δυ-  
 νάεται.* Hos deinde sequuntur,  
 non tantum plerique ex Papico-  
 lis, penes quos Patrum auctori-  
 tas maxima est: ut, Bellarminus,  
 Cornelius e lapide, Clarius alii-  
 que; sed etiam quidam ex nostræ  
 Ecclesiæ addictis; inter quos Jo-  
 ach. Camerarius, Seb. Castalio,  
 & B. Wagnerus sunt famosiores.

Alii

Alii v. & quidem plerique præser-  
tim recentiorum, formant hanc  
vocem ab *im̄m̄a* seu *im̄n̄* & *im̄v̄*: ut  
sic a feminino *im̄m̄a* fiat *im̄m̄a*.

#### §. IV.

**E**X Hisce opinionibus, licet  
neutra in orthodoxiam im-  
pingat, posterior tamen nobis  
videtur clarior. Primo quidem  
quod *im̄m̄a* analogice ab *im̄i*  
& *im̄as* formari non posse, vi-  
deatur; siquidem leges Gramma-  
ticæ non permittunt, ut *im̄i* su-  
um, sequente vocali retineat.  
Quare si ab *im̄as*, dederetur vo-  
cabulum hoc, *im̄m̄a* appareret esse  
*αἰγαλογικωτέρας*: ita namque Pla-  
tonici dixerunt *im̄m̄as*, non  
*αἴγαλος*.

Excipit quidem Castalio, in-  
ter nonnulla alia, etiam *im̄m̄a*  
ab hoc communi linguae genio:  
verum istam exceptionem, non  
posse firmo stare talo, monstrare  
non

non solum illud supra allatum Pla-  
tonicorum  $\iota\pi\gamma\sigma\omega\delta\varsigma$ , verum & ali-  
a ab  $\vartheta\sigma\varsigma$  cum præpositione com-  
posita vocabula ut,  $\alpha'\pi\gamma\sigma\varsigma$ ,  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$ ,  
 $\alpha\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$ ,  $\alpha\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$  &c. in quibus o-  
mnibus vocalem præpositionis  
perire videmus. Quid a. opus  
est ad exceptiones refugere, ubi  
nulla cogit necessitas, & ubi  
analogia commodiorem habet  
locum. Huc faciunt quoque ver-  
ba Scaligeri in Epistolis ejus pag.  
810,  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$   $\alpha\epsilon\tau\varsigma$  elegantissime  
formatum.  $\alpha\pi\pi\pi$   $\tau\pi\pi\pi$   $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$   $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$ ;  
non ut major pars veterum & re-  
centiorum,  $\alpha\pi\pi\pi$   $\vartheta\sigma\varsigma$ , quod est  
ineptissimum. Tunc enim dicendum  
fuerit  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$  non  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$ .

Deinde confirmat nos in hac  
nostra opinione sufficientia atque  
aptitudo significationis, quam  
suapte sponte ex hoc  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$  quasi  
emanare, nemo non videt. Quem-  
admodum enim  $\iota\pi\gamma\sigma\varsigma$  non stri-  
cte

Et diem tantum proxime sequentem designat, sed omne quod futurum imminet & continuam habet successionem: ita panis ~~missus~~ erit adventans, accessorius. succedaneus seu continuo subsequens; quem non sufficit semel vel bis accepisse; sed quem per omnem vitam continuo, subinde & singulis diebus seu quotidie, necesse est nobis advenire, omnibusque adventantibus horis accipere. Deinde etiam significat adjecitum, qui e larga Dei manu, citra nostrum meritum, spirituali nostrae necessitati quotidie velut adjicitur & supervenit.

confr. Calov. Tom. I in Aug. contes. p. 596. Hinc non inepte in vulgata redditur *quotidianus*. Quod enim quotidianum est, perpetuam habet, successionem, ita ut hesterno hodiernus succedit, Adeo ut eodem plane sensu,

quo

quo dicitur han. hac sitt **vageſiga**  
**uppehälle**: *ἰστός*. quoque pos-  
 sit vocari quotidianus; h. e. qui  
 nec deficit nec superfluit, sed  
 quantum lat est, perpetuo adve-  
 nit. vid. Stockii clav. N. T. p.

344.

**Q**ui vero nostræ sententiæ de-  
 fensores *Ἑλληνιας* arguere ideo  
 conantur, quod hodie etiam quo-  
 tidiani obtineat significationem  
 ut cernere licet Luc. XI. 3.  
 ubi *τὸν οὐρανὸν ἐπὶ τοῦ πατέρου* est loco *τοῦ πατέρου*; *τοῦ πατέρου* illi verba sine rebus videntur pro-  
 ferre. Nam sicut Jer, 52. v. ult.  
 & Dan, I. 5. dicitur: dedit ei  
 rex יְהוָה בֶּן־יְהוָה rem diei in  
 die suo; ita & hic, sine omni  
*Ἑλληνια* post *imagine* additur *τὸν οὐρανὸν*  
*ἐπὶ τοῦ πατέρου* sive *τοῦ πατέρου*; i. e. quamdiu  
 in hac vertentium temporum vi-  
 cissitudine versamur: seu donec  
 adhuc hodie vocatur, ut Paulus  
 Hebr. 3. 15. exponit Psal. 95. v. 8.

De-

Denique non parum roboris  
ad sententiam nostram afferre vi-  
detur illud Evangelium Matthæi  
Hebræum, ubi Hieronymus te-  
statur se loco *λειπομενοις* reperiisse  
*τοιχων* quod ejusdem esse cum *ιπ-*  
*ποντων* significationis, nullus, opinor  
inficias ibit. Et his subnixi ar-  
gumentis non possumus non per-  
suadere nobis, derivationem *λει-*  
*ποντων* ab *ιππονταις* esse veriorem at-  
que meliorem, donec ab adver-  
sa statuentibus graviora profe-  
rantur atque ponderosiora.

### §. V.

**P**Ercepta sic & quasi in tuto  
posita vera vocabulorum si-  
gnificatione, recta tendimus, ad  
variantes, circa hocce Orationis  
Dominicæ punctulum, interpre-  
tationes paucis examinandas, ut  
ex fundamento, quæ genuina  
sit, intelligi possit. Quidam cum  
animadverterent, panem sacris  
in

in pandectis etiam sensu spiritu-  
ali obvenire, eo audaciæ progres-  
si sunt, ut hunc quoque locum  
non de corporis necessitatibus,  
sed de Christo cœlesti illo animæ  
pabulo agere obnixe contende-  
rent. Ita Ambrosius libr. 5. de Sa-  
cramentis. *Non iste est panis,* (loqui-  
tur de pane ἐπίστιῳ) qui uadit in  
corpus, sed panis vite æternae qui ani-  
me substantiam fulcit. Pari mo-  
do Claudius Salmasius scriptor  
illustris tamæ & vastæ eruditio-  
nis, sub finem dissertationis de  
fœnore Trapezitico: *Non censeo,*  
inquit, *istam vocem* (ἐπίστιος) *ita esse*  
*exponendam,* ut vulgo faciunt &  
an-  
si qui non pauci acceperunt, ut de pa-  
ne quotidiano ad victimum necessario  
intelligatur. & post pauca: *melius*  
*mea sententia illi ex Patribus Græcis*  
*Latinisque veteribus,* qui spirituali-  
ter interpretati sunt de pane illo ζω-  
μῳ, qui *Christus* est.

Ve-

Verum cum hæc sententia vi-  
deretur duriuscula , alii & qui-  
dem plurimi tam veterum quam  
recentiorum de cibo corporis, a-  
liisque hujus vitæ necessitatibus,  
hunc locum sunt interpretati. ut  
cuivis cum ex libris Symbolicis,  
tum aliis commentariis pluribus,  
patescit. Ex quibus interpreta-  
tionibus , priorem infirmis adeo  
atque stramineis niti fundamen-  
tis ; posteriorem vero esse genu-  
inam hinc patebit ; qvod in ora-  
tione Dominica , cum perfectis-  
sima sit precum ad Deum for-  
mula , quod a Theologis jam  
dudum peroratum est ; necessa-  
rio etiam corporalia comprehen-  
di oporteat ; quippe qnæ a Nu-  
mine Altissimo petenda esse &  
nostra indigentia & scripture sa-  
cia passim , commonstrant. Et  
cum in ulla alia hujus orationis  
particula , ne vestigia quidem  
rem.

temporalium conspiciatur; quam  
tam de illis agere nulli dubita-  
mus.

### s. VI.

**N**E vero si ite trahiāt, suas ratio-  
nes majora polliceri putent,  
reliquum est, ut & earum infirmi-  
tas paucis ostendatur. Commune ar-  
gumentum, quo ex adverso pu-  
gnantes evincere conātur præsen-  
tem locum minime de tempora-  
ibus loqui, petunt ex capitib[us] e-  
iusdem v. 35. seqq. Ubi Chri-  
stus nos prohibet sollicitos esse  
quid edamus aut bibamus aut  
quo nos vestiamus. Quasi omnem  
curam corporis, & per conse-  
quens etiam preces pro ea ad  
Deum mittendas, vetet. Verum  
sic suam produnt inadvertenti-  
am, cum universaliter prædicant  
quod particulariter intelligendum.  
**N**on enim simpliciter omnem re-

xum

rum mundanarum curam hic  
prohibet Salvator; Sed impiam  
tantum & anxiam illam, quæ  
ex providentiæ divinæ diffiden-  
tia nascitur, & Ethnicorum est.  
Et sic nihil hic habent præsidii;  
quin potius doceat nos hoc Chi-  
sti monitum, quomodo hanc ora-  
tionem recte pronunciemus. Cum  
enim panem quotidianum a Deo  
nobis petimus, non sumus anxie  
soliciti de opibus terrenis; sed  
omnem nostram curam in ipsum  
conjicimus. Erasmus existimat non  
verisimile esse Christum in tam spi-  
rituali ad Patrem cœlestem oratione,  
de pane corporali loqui, quem a suis  
Parentibus etiam accipiunt Ethnici.  
Verum cum Deus velit agnosciri,  
quod ipse sit, qui det nobis, quæ  
ad panem quotidianum pertinet,  
nec patiatur, ut quis aliunde,  
quam ab ipso se ista accipere pu-  
get Ole. 2. 8. Mandavit etiam  
hac

hæc a se peti r. Reg. 8. 35. non  
erit ergo inconveniens in hac  
perfecta orationis formula pani  
quotidianō locum quoque tribu-  
ere. Impium itaque est cum  
Ethnicis, quod ad panem quoti-  
dianum pertinet, industriæ no-  
stræ attribuere. Abiurda est et-  
iam Salmasii argumentatio, cum  
prætendit nolle Christum ideo  
temporalia a Deo peti, quia De-  
us sciat, quid nobis opus sit; in-  
deque sponte sua etiam non ro-  
gatus nobis illa sit largiturus; Eo  
namque modo nec spiritualia es-  
sent a Deo flagitanda. Sciendum  
itaque, nos non narratores esse,  
ut verbis utar Hieronymi, sed  
rogatores. Aliud est enim narrare  
ignoranti; aliud scientem rogare.  
Reliqua quæ sententiæ nostræ op-  
poni solent argumenta, aut ad  
hæc, quæ attulimus, referri pos-  
sunt, aut exigui adeo sunt pon-  
deri.

deris'; ideoque ea ulterius perstringere impræsentiarum supervacaneum ducimus.

§. VII.

**C**oronidis loco lubet addere, qvid de sententia eorum qui cum Tertulliano, Cypriano, Trillo, lero aliisque, ita spiritualiter hanc orationis particulam exponunt, ut corporalia minime excludantur; sit judicandum. Ista opinio, quamvis analogiæ fidei non sit contraria, quomodo tamen admitti possit, non appareat. Nam quid opus est intellectum *Mysticum* aut *Metaphoricum* hic fingere, cum neque in petitionibus antecedentibus, neque consequentibus ejusmodi quid inveniatur? Quid? quod si ista interpretatio esset vera, haud levis hic committeretur tautologia: quod enim in secunda continentur precautione, id in quarta iterato fla-

gitare, nescio qualis esset repetitio. Qui vero cum Augustino præter temporalia de pane Eucharistico simul hunc locum explicant; illis præter rationes modo allatas, hoc insuper repono, quod Pontificii eo modo, cum panis tantum hic fiat mentio, in errore suo de communione sub una specie confirmarentur. Et sic expositio panis *impostis*, de temporalibus hujus vitæ necessitatibus, firma stabilisque manebit. cumque curta nimium suppellex longius progredi non patiatur, heic anchoram figimus; firma spe freti, Te, Benevole Lector, de quo initio, rogabam, non recusatur.

Tῷ Θεῷ Μονῷ Δόξα



Ad

Pereximum atque prestantissimum  
Dn. ANDREAM LIZELIUM,  
Fautorem, Amicum & Sympa-  
triotam exoptatissimum.

**U**T pulchre monstras quid Panis quo-  
tidianus,  
*Sic precor ut Panis, sit Tibi sufficiens!*  
*Sic per lixiori animo quam*  
*Verbis gratulatur*  
**NICOLAUS IDMAN.**  
*Sat. Fenn.*

Til sin förtrogne Wän  
**Herr ANDREAS LIZELIUS,**  
Den Castals sötman wil ernå  
Bid Parnas högden och få stå  
Bland Phœbi Swänner Lårda :  
Han måste först förenbåd och glad,  
För'n han får niuta Heders grad,  
Med arbete uthårda.

Min Wän, det samma nu har gjordt,  
En blifver ett hans prof här spordt,  
Af wett och wittert snille:  
Han wisar at ej dagen kort,  
Har gått i fåfängt nøje bort:  
Fructlöst och så til spillo.

Herr AUCTOR, min så wärde Wän,  
Bland dem jag måst här pröfwaat än,  
Er jag af niertat önstar:  
At släcte och wänner Eder få  
Mår G med Lager frönta stå,  
Se såsom Lager grönsta.

H. J. CARPELIUS  
*Aboia Fen.*

Enfaldig Lyckönskan til sin kåra  
**INFORMATOR,**  
Då han om dageligt Bröd berömmme-  
sigaen dispultaade.  
När ja, Er uppå Pindi hōd, fer  
min Präc pfor kåra,  
Med lärdom sed och rittert wett  
förvärfwa Eder åhra;  
Så önstar jag den bæsta Gud han  
wille Eder gifwa,  
All lycka och wälståndhe: Ja thet G  
månd' omstriswa!

DANIEL IDMAN.